UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodvs Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

Parisiis, 1644

Antipatri episcopi Bostrae contradictiones in Eusebium episcopum Caesariae pro Origenis defensione, sermo primus, cuius initium est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15473

Visual Library

talia habere volumina in teſtimonium & virtutem.

Sancta Synodus dixit: Anathema & libris illis, & vtentibus eis.

Petrus & Petrus Deo amabiles preſbyteri, & locum obtinentes Hadriani papæ ſenioris Romæ, dixerunt: Oſtendit hæc lectio, quod Arianorum habuerit ſenſum. habebat autem prolatus liber Euſebii & alias blaſphemias, quas Synodus audire non pertulit.

Taraſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Conſcripta eius abiicimus.

Sancta Synodus dixit: Et abiicimus, & anathematizamus.

Stephanus reuerendiſſimus monachus legit.

Antipatri epiſcopi Boſtræ contradictiones in Euſebium epiſcopum Cæſariæ pro Origenis defenſione, ſermo primus, cuius initium eſt.

Ego quidem ſufficienter æſtimabam me ſcripſiſſe, & his quæ a tua ſanctitate iuſſa ſunt, ſatisfeciſſe, per omnia Deo amabilis & ſanctiſſime pater Ioannes. Et poſt pauca. Quoniam multus in hiſtoriis fuit vir, omnia antiquorum volumina & conſcripta ſcrutatus atque rimatus, & cunctas ferme opiniones exponens, & plurima conſcripta in ſæculo derelinquens, quorum nonnulla omni receptione digna conſiſtunt, talis viri opinione vtentes, ſubripere conantur nonnullos, fatentes quod Euſebius * ad hoc non traheretur vidiſſe, niſi omnes ad li-

* *Gr.* noluiſſet hoc ſuſcipere, niſi

τοιαῦτα βιβλία εἰς μαρτυρίαν καὶ δύναμιν.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· ἀνάθεμα ταῖς βίβλοις ἐκείναις, καὶ τοῖς χρησαμένοις αὐταῖς.

Πέτρος καὶ Πέτρος οἱ θεοφιλέστατοι πρεσβύτεροι καὶ τοποτηρηταὶ Ἀδριανοῦ πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης εἶπον· ἔδειξεν αὕτη ἡ ἀνάγνωσις, ὅτι Ἀρειανῶν εἶχε φρόνημα. εἶχε δὲ ἡ προσαχθεῖσα βίβλος Εὐσεβίου καὶ ἑτέρας βλασφημίας, ὧν ἡ σύνοδος ἐπακοῦσαι οὐκ ἠνέσχετο.

Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπε· τὰ συγγράμματα αὐτοῦ ἀποβαλλόμεθα.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· καὶ ἀποβαλλόμεθα, καὶ ἀναθεματίζομεν.

Στέφανος ὁ εὐλαβέστατος μοναχὸς ἀνέγνω.

Ἀντιπάτρου ἐπισκόπου Βόστρης ἀντίρρησις τῆς Εὐσεβίου ἐπισκόπου Καισαρείας ὑπὲρ τῆς Ὠριγένους ἀπολογίας, λόγος πρῶτος, οὗ ἡ ἀρχή.

Ἐγὼ μὲν ἀρκούντως ἐνόμιζον γεγραφηκέναι, καὶ τὸ ἱκανὸν τοῖς παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος ἐπιταχθεῖσι ποιῆσαι, τὰ πάντα θεοφιλέστατε καὶ ὁσιώτατε πάτερ Ἰωάννη. Καὶ μετ' ὀλίγα. Ἐπεὶ γὰρ πολυΐστωρ ὁ ἀνὴρ γέγονε, πάσας τὰς τῶν ἀρχαιοτέρων βίβλους τε καὶ συγγράμματα ἐξερευνήσας καὶ ἀνιχνεύσας, καὶ τὰς πάντων μικροῦ δεῖν δόξας ἐκθέμενος, καὶ πλεῖστα συγγράμματα καταλείψας τῷ βίῳ· ὧν ἔνια καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξια τυγχάνει τῇ τοιαύτῃ τοῦ ἀνδρὸς ὑπολήψει χρώμενοι, συναρπάζειν ἐπιχειροῦσιν ἐνίους, ὡς ὅτι, φησὶν, οὐκ ἂν εἵλετο Εὐσέβιος ἐπὶ τοῦτο ἰδεῖν, εἰ μὴ πάσας

Anno Christi 787.

Anno Christi 787.

ἀκριβῶς ἠπίστατο τῶν παλαιῶν τὰς δό-
ξας τοῦτο βουλομένας. ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν
πολυΐστωρ ὁ ἀνὴρ, καὶ οὐδέν τι τῶν πα-
λαιοτέρων συγγραμμάτων τὴν ἐκεί-
νου διέλαθε γνῶσιν, σύμφημι καὶ ὁμο-
λογῶ· βασιλικῇ γὰρ συνεργίᾳ χρώμε-
νος, ῥαδίως τὰ πανταχοῦ πρὸς ἑαυτὸν
συνάγειν ἠδύνατο· οὐκέτι δὲ πρὸς τὴν
τῶν δογμάτων ἀκρίβειαν φθάσαι φη-
μὶ τὸν ἄνδρα. ὅθεν πολυμαθίας μὲν
παραχωρητέον αὐτῷ, δογμάτων δὲ
γνῶσιν οὐκέτι· ἀλλὰ καὶ πάνυ κατόπιν
τοῦτον τῆς τοιαύτης ἀκριβείας γενόμε-
νον ἐπιστάμεθα. καὶ μετὰ βραχέα.
ὥστε δὴ, ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπεμβαίνειν
τῷ ἀνδρὶ, περὶ ὧν οὐ πρόκειται ἡμῖν
ἐπὶ τοῦ παρόντος λέγειν, ἵνα βασανί-
ζοντες πρὸς ἀκρίβειαν τὴν γενομένην
ἀπολογίαν, αἱρετικοὺς ἀποδείξωμεν τοὺς
ἀμφοτέρους, αὐτόν τε τὸν ἀπολογησά-
μενον, καὶ τὸν ὑπὲρ ὅτου τὴν ἀπολο-
γίαν συνέταξε. καὶ μεθ' ἕτερα. δεῖξον
τρανὸν καὶ ἀναμφίβολόν τινα τῶν τῆς
ἐκκλησίας διαφανῶν διδασκάλων,
ὅτι προϋπάρχουσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων
ψυχαὶ, δογματίσαντα· καὶ μὴ παρα-
λογισμούς τινας προσφέρειν πειρῶ εἰς
ἀπόδειξιν. τὸ γὰρ δεικνύναι σε σπεύδειν,
τὴν τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα ὑπό-
βασιν ὁμοίως αὐτῷ τινας εἰρηκότας,
πρῶτον μὲν οὐ ξενιαθῶμεν· σοῦ γὰρ καὶ
τῶν περὶ σὲ ἡ τοιαύτη δόξα. ὅθεν περὶ
τούτου ἐπὶ τοῦ παρόντος λόγος ἡμῖν οὐ-
δεὶς, πάλαι μὲν οἰκουμενικῇ ζητήσει
ὑποβληθέντος καὶ ἀποκηρυχθέντος. *μὴ
πείθεσθαι δὲ ἐν τούτῳ, μηδὲ δι' οὓς
ταῦτα ἡμῖν πρόκειται, βασανίζειν· τὸ
δὲ ψιλὴν τὴν περιαρχῶν φωνὴν
διαβάλλειν, οὐδαμῶς παρά τινος μέ-

*ἴσ. μήτε πείθεσθαι δεῖ τούτῳ

quidum veterum ſciret opinio-
nes hoc velle monſtrantes. At
ego, quod multus quidem in
hiſtoriis fuerit vir, & nihil ex
veteribus conſcriptionibus il-
lius latuerit notitiam, conſen-
tio & confiteor. Imperiali quip-
pe cooperatione vſus, facile quæ
vbique ſparſa erant, colligere
poterat. Non autem ad dogma-
tum † acribiam hunc perue-
niſſe perhibeo. Vnde conceden-
dum quidem eſt illi, quod multa
didicerit; quod autem dogma-
tum habuerit notionem, nullo
modo: quem videlicet nimis
fuiſſe procul ab horum acribia
ſcimus. Et paulo poſt. Itaque
ne videamur aggredi virum, de
quibus non eſt nobis impræſen-
tiarum dicendi propoſitum; ne-
ve diſcutientes diligentius apo-
logiam quæ facta eſt, hæreticos
oſtendamus vtrumque, ipſum
ſcilicet qui excuſatur, & eum
qui pro eo excuſationem expo-
ſuit. Et poſt alia. Oſtende quem-
quam ex illuſtribus eccleſiæ ma-
giſtris, qui expreſſe & indubita-
biliter, quod præexiſtant ani-
mæ, dogmatizauerit: & ne ſub-
reptiones quaſdam proferre ten-
tes ad comprobationem. Illud
enim quod demonſtrare feſti-
nas, Filii ad Patrem ſubiectio-
nem etiam ſibi ſimiliter aliquos
perhibere, primo quidem non
miremur: tua eſt & eorum qui
circa te ſunt, talis opinio. Vnde
nec ſuper hoc in præſenti no-
bis vllus eſt ſermo, cum videli-
cet vniuerſali ſit olim * inquiſi-
tione proiectum atq; repulſum.
& non in hoc obediatur, neque
diſcutiatur propter eos, pro qui-
bus hæc nobis propoſita ſunt.
Porro puræ voci quæ eſt Periarchon detrahi, nequaquam a quoquam

† *i.* exactam cognitionem.

* *Gr.* inquiſitioni ſubiectum.

vſque nunc audiſti o acer aduocate Origenis prauitatum.

Sanctiſſimus patriarcha dixit: Oſtenſa ſunt conſcripta Euſebii etiam per paternam vocem aliena eſſe a catholica eccleſia.

Demetrius Deo amabilis diaconus & vaſorum cuſtos legit.

Theodori lectoris de eccleſiaſtica hiſtoria.

Perſa quidam Xenaias vocatus, quem tempore ſacerdotii ſui Calendio inueniens eccleſiaſtica adulterare dogmata, & caſtella excitare, pellit a regione. De hoc multa, quæ a diuerſis audiens ſcrutatus ſum, ex parte dicam. A Perſarum enim regione proprium dominum fugiens, ad Romanorum peruenit. Et paulo poſt. Hunc Petrus pro Cyro Hierapolienſium eccleſiæ epiſcopum tranſmittit; quem non poſt multum epiſcopi a Perſide venientes quaſi vernulam arguebant, & vt diuini exortem baptiſmatis. Quo comperto Petrus, quid oporteret fieri non curans, dixit ſufficere illi epiſcopi conſecrationem ad ſupplementum * diuini ſacramenti.

* diuinæ initiationis.

Stephanus diaconus & notarius venerabilis patriarchii legit.

Ioannis † Diacrinomeni de eccleſiaſtica hiſtoria.

† Diacrinomeni .i. ſegregati. ſic vocabantur qui Synodum Calchedonenſem non recipiebant. ex Leontio de ſectis.

Non enim licitum aſſerebat Xenaias, angelos, cum incorporei ſint, corpora facere, & quaſi in humanis formis exiſtentes corporeos formare. ſed nec illud exiſtimare, honorem aut

χει τοῦ νῦν ἀκήκοας ὦ δεινὲ συνήγορε τοῖς Ὠριγένους ἀτοπήμασιν.

Ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπεν· ἀπεδείχθησαν τὰ συγγράμματα τοῦ Εὐσεβίου καὶ διὰ πατρικῆς φωνῆς ἀλλότρια εἶναι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.

Δημήτριος ὁ εὐλαβέστατος διάκονος καὶ σκευοφύλαξ ἀνέγνω.

Θεοδώρου ἀναγνώστου ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας.

Πέρσης τις Ξεναΐας ἐπικληθεὶς, ὃν ἐν τοῖς αὐτοῦ ἱερατικοῖς χρόνοις ὁ Καλενδίων εὑρηκὼς τὰ ἐκκλησιαστικὰ νοθεύοντα δόγματα, καὶ τὰς κώμας ἀναστατοῦντα, ἀπελαύνει τῆς χώρας. περὶ τούτου, ἃ πολλὰ παρὰ διαφόρων ἀκηκοὼς ἠκρίβωσα, ἀπὸ μέρους λέξω. ἀπὸ γὰρ τῆς τῶν Περσῶν χώρας οἰκεῖον δεσπότην πεφευγώς. καὶ μετ' ὀλίγα. τοῦτον ὁ Πέτρος ἀντὶ Κύρου τῇ Ἱεραπολιτῶν ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπον ἐκπέμπει· ὃν μετ' οὐ πολὺ ἐπίσκοποι ἐκ τῆς Περσικῆς παραγινόμενοι οἰκότριβα ἤλεγχον, καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀμέτοχον. ὅπερ μεμαθηκὼς ὁ Πέτρος, τί δέοι γενέσθαι μὴ φροντίσας, ἔφησεν ἀρκεῖν αὐτῷ τὴν τοῦ ἐπισκόπου χειροτονίαν πρὸς ἀναπλήρωσιν τῆς θείας μυήσεως.

Στέφανος διάκονος καὶ νοτάριος τοῦ εὐαγοῦς πατριαρχείου ἀνέγνω.

Ἰωάννου τοῦ Διακρινομένου ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας.

Μὴ γὰρ εἶναι θεμιτὸν ἔλεγεν ὁ Ξεναΐας, ἀσωμάτους ὄντας ἀγγέλους σωματοποιεῖν, καὶ ὡς ἐν μορφαῖς ἀνθρωπίναις ὑπάρχοντας ἐνσωμάτοις τυποῦν. ἀλλὰ μὴν μηδὲ κἀκεῖνο νομίζειν, τιμὴν